Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Caupo

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

Fum. eo. numer. 4. D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 17.

8 Caſus reſeruati in Religione, non habent locum in Nouitijs, antequam per vota admittantur; vt neq; præceptorum obligatio.

9 Caſus non reſeruat niſi Papa, aut Epiſcopus, aut Prælatus habens Epiſcopalem auctoritatem.

* *Med. l. 1. capit. 9. vide Triden. ſeſſ. 14. cap. 7. de reformat.*

Addit. } Mortuo, vel amoto Epiſcopo caſus reſeruati ab eo expirant, non autem à iure. *Met. l. 1. c. 10.*

Caupo, vide Stabularius.

CENSVS.

1 OPortet in cenſu rem eſſe immobilem (talis autem eſt annuus reditus) & ſua natura fructiferam, & totum pretium recipi in celebratione inſtrumenti, nec poſtea augeri, aut minui, & perire cenſum pro rata repereunte, aut ſterili facta, & poſſe redimi ſemper eodem pretio, & poſt denunciationem etiam ab inuito intra annum repeti.

* De cenſi. *Nauarr. comm. de vſur. Sot. l. 6. q. 5. Bannes in 2. 2. q. 78. art. 4. Io. Med. c. de reſiſtit. q. 11. prope finem, Cor. 2. p. Val. t. 3. d. 5. q. 22. Carbo. de reſt. Mol. Conr. Lopez. de contract. Garzias à ca. 26. Tol. l. 5. c. 23.*

* Vide *Nauarr. comm. de vſur. num. 69. & 84.*

vbi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN